

*bus omnibus valedicit, πάντας δεξιωσάμενος συγκαλύψας ήτις στελέυτησεν* ( sunt ipsa Philosophi Socratici μ verba ) i. e. qvum omnibus dextram porrexisset ( uti & apud Justinum v. Alexander M. osculandam dextram suam flentibus porrexit ) obvolebat sese ac vitam cum morte commutabat: planè ut de Jacobo seu Israële morituro literis divinis & consignatum est, *Finitisque mandatis,* quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit, ap- positusq; est ad populum suum. Et de Davide Rege o, *Et mortuus est in senectute bonā, plenus dierum & divitiis & gloriā.* Quemadmo- dum & Xenophon Cýrum suum introducit prædicantem, *Quum puer esset, eorum, quæ illâ in aetate præclara existimantur, fructum mibi consequuntus esse videor, & adolescens, eorum quæ habet adelescen- tia, maturam ad aetatem ubi perveni, eorum quæ virilis aetas habet,* e. g. 5.

Ex quibus patet, in multis Davidem Regem cum Cyro com- parari posse, quæ est præsentium nostrorum Declamitorum materia.

Quomodo verò Vita & Mors & tanta rerum gloriosissimè ge- starum copia beatissimi nostri Electoris ex historiâ Davidis & Cyri illustrari, describi & amplificari queat, curæ erit majorum schola- rum Professoribus & Oratoribus, ego enim memini me jam olim publicè professum esse π, Peccat sanè, peccat pauper stylus scholasti- cus, si sacculo suo includere audeat Principem, cuius ingentia facta vix Olympus sub se concludit: quodq; qvum ante annos jam fermè XXII. Illustrissimi & Celsissimi Principis ac Domini Dn. JOHANNIS CASIMIRI Ducis Saxonia &c. obitum celeberrimus ille Theolo- gus GERHARDUS solenni oratione parentaret, ita subjunxerit Excellens Vir PHILIPPUS HORSTIUS

Forti Pellæus juvenis gratatus Achilli,  
quod virtutum ejus bucina Mæonides;

Quis  
(μ) lib.8. κύρρ παιδ. (ν) lib.12.c.15. §.2. (ξ) Genes.49, v.33. juxta Vul-  
gat. (ο) I. Paralip. 30. v. 28: (π) in Orat. Scholastic. Lincis anno  
CIC CIC L. Gorlicii excusis.